Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Si ascendero in celum tu illic es. si des
cendero ad infernum ades. Si sumpse
ro pennas meas diluculo: et habitauero i
extremis maris. Etenim illuc manus
tua deducet me: et tenebit me dextera
tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabit
me: et nox illuminatio mea in deliciis me
is. Quia tenebre non obscurabunt ate
et nox sicut dies illuminabitur: sicut te
nebre eius: ita et lumen eius. Quia tu pos
sedisti renes meos: suscepisti me de utero
matris mee. Confitebor tibi quia terribi
liter magnificatus es mirabilia opa tua
et anima mea cognoscet nimis. Non est
occultatum os meum ate quod fecisti in oc
culto: et substancia mea in inferioribus terre.
Imperfectum meum viderunt oculi tui: et
in libro tuo omnes scribentur dies for
mabuntur et nemo in eis. Mihi aute